

β Vomitivus non est; Salia enim plerumq;
habent vim diaphoreticam, & diureticam;
quamvis interdum quog_z per secessum detur-
bandi vires possideant.

Notandum autem primò: nullum præ- Nullum
dictorum principiorum simplex atque so- principiū,
lum, quod de reliquis non participet, repe- planè sum-
riri. Mercurius enim continet substantiam plex est.
sulphuream atque salinam; Sulphur sub-
stantiam salissam & mercurialem: Sal vero
substantiam oleaginosam & mercurialem.
Deinde observandum etiam est: quod in spa- Capit
gyrica mistorum $\alpha\pi\alpha\sigma\sigma\chi\epsilon\omega\sigma\delta$, præter prio- mortuum
ra tria commemorata principia verè activa, & phleg-
duo alia resultent corpora, quæ principio- manō fune-
rum numero à Chymicis non adscribuntur: principia.
quòd illorum tantum sint quasi integumen-
ta, omniq; duvāus Hippocraticā destituta:
quorum alterum siccum, Terra arenosa est,
sive cinis elotus; vocaturque Terra damna-
ta, & caput mortuum, nullā vi aliā praeditum,
nisi siccante & emplasticā, quodque facili-
negotio in vitrum abit: alterum humidum,
& accidentaliter aëreum, nempe phlegma
insipidum & inodorum, quodque tantum
humectat, citra ullam aliam c̄repy et
aut activitatem medi-
cam.

C A P.